



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Ex Clementis tit. de vsuris. c. Vnicum. Ex graui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

114
D E C R E T A L E S X I I I .

Sumptæ de diuersis titulis Decretalium,
S E X T I E T C L E M E N T I N A R V M
Inquisitionis Officio congruentes.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

Et habetur in Clementinis, t. de usu
ris cap. unico. §. ultimo.

*Pertinaciter afferens, exercere usuras, non esse
peccatum, hæreticus. est. Ioan. And.*

f. Vide Squil
iacen. de fide
caho. ca. 15.
Zanch. de ha
ret. c. 3. Car
ter. de heret.
num. 9.

X graui † ad nos : & infra. Sanè, si quis in illum errorem inciderit , vt pertinaciter affirmare psumat, exerce vſuras non esse peccatum, decernimus cum velut hæreticum puniendum: locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtiis iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenientur, aut suspeccios, tanquam contra diffamatos vel suspeccios de hæresi procedere non omittant.

Ex Decretalib. tiu. de purg. Cano.

Innocentius III. Senonen. Archiepiscopo.

Propter magnitudinem criminis infamatus suspeditus ne diu ab officio, sedjetia a beneficio, donec se purgauerit. hoc primo. Et angetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc secundo. Ex causa interdum post purgationem preslitam suspenditur quis ad tempus, hoc tertio. Et deficiens in purgatione punitur ut consuetus, hoc quarto.

C. A. P. X.

INTER sollicitudines nostras, illa debet esse præcipua, vt capiamus vulpeculas: & infra. Licit ergo ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vique ad purgationem canonica doceat suspendendos, quia tamen cum etiam a beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare. Nec illud etiam improbamus, quod licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluisti plenius inquirere veritatem. Atténdentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam, qua contra Decanū facere videbantur, cib' propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicēda & teruantes iustitiā, & molientes rigorem, purgationem ei xiii. manus, sui ordinis duximus ēt indicendam. Iplum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi noſcitur infamatus: Mādamus, quatenus accitis tecum Niuernen, & Parisien,

A Episcopis, indicātam ei purgationem accipias: ita tamen ut qui ad eius purgationem processerint comprobandam, sint fide Catholici, & vita probati, qui conuersationem , & vitam ipsius nō cā moderno tempore nouerint, quam trāfacto: Pur gatione vero recepta, beneficium ei restituere nō postponas. In p̄nam autem familiaritatis il lius, quā cum hæreticis scienter habuīscē dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspēsū: donec scandalum s̄piatur, ita tamen ut publicē familiaritatem hæreticorum abiuret. Præcīpīas: insuper ei distīctē, vt in prædicta, & alijs villis, circumpositis profiteatur, & prædictē fidem catholicā, ac confundat, & detestetur hæreticā prauitatem, sic deinde uitam suam bonis adornans operibus, ut infamia cōteratur in bonam famā, & omne scandalum, & suspicio catholicorū men tib. deleatur. Quod s̄ si forsan in purgatione fecerit, eum ecclesiastice disciplinā interone percellas, & ab officio, & beneficīo depositum ad agendum paenitentiam in arctū monaste rium detrudere non omittas.

Sanc hi in purgationibus faciēdis, cū satis sit illis, qui purgando exhibent iuramentū, secundum propriā conscientiam, & opinionē iurare, quod purgandū sit a crimen immunis, vel qđ bonū exhibuit iuramentū: si purgatores ab Ecclesia tolerantur, & sine bona fāmā in suis ordinib⁹ ministrantes, nec in iudicio pro crimen condemnati, proculdubio sunt absque vilius in dagine admittendi.

COMMENT. XIII.

Intra sollicitudines,) Dubitari potest, quo cōſilio Emericus hæc decretalem, & sequētes, bīc inde deprōptas, hic colloqarit: sed causa in prōptu est: nam quādam ex eis de penis hæreticorum agit, quādam penitentij, redentum, alij denique multas, & varias, difficultates, circa hæreticos, & eo iuriū penas, & ordinem iudicariū in hoc tribunā obseruandum declarant: unde non sunt ab instituto aliena, cōtra quam imperiti quidam sentiat, dicentes absurdum iuderi eisdem penitus verbis trā scribere, quā alibi passim reperiri possunt. quorū iniurīis vocibus alibi plenius satificimus. In hac re proprīetate de purgatione canonica imponenda in famato de hæresi differunt: it em & de alijs quibusdam ad negotiū de pñnis hæreticorum spectātibus, quorū cognitio valde est fidei iudicib⁹. nec fariā. nos omisſis minus necessarijs, sumatim more nostro utiliora, frequentiora, & veriora trademus.

Hoc tamen admonebo, vix cōmode hoc ca. intel ligī posse, nisi videatur integra Decretalis lib. 2. Registri Innocentij III cuius argumentum est; ut Decanus Niuernensis de hæresi suspectus, & diffamus, cogatur se purgare, atq; abiurare, si per quo Dominius Papa scribit Archiepiscopo Cenonen.

b Cum